

ecclesia Intestimonium miraculi istius. In qua oran
tibus & credentibus usque hodie prestant diuina. benefi cia

Jnn. Quomodo rex Hlothauius
ad baptismum uenit. ibiq: in remis ciuitate uirū dī
uedastū. sc̄o commendauit remigio pontifici.

Igitur rex a uiro dī euangelicis ad prime Inbutus
doctrinis. & huic presenti miraculo in fidem fir
miter confortatus. nil moratus in uia. nil dubi
tans in fide. sed magna alacritate animi. magna
festinatione itineris sc̄issimum pontificem remi
gium uidere properauit. ut illius sacratissimo
mys ministerio sp̄u sc̄o operante. in remissionē pecca
torum & spem uitae aeternę catholici baptisma
tis uiuo ablueretur fonte. Cum quo aliquantis
moratus diebus. ut ecclesiasticis satis faceret
sanctionibus. & pęnitentiae secundum apostolicū
pręceptum prius ablueretur lacrimis. dicente
beato petro principe apostolorū. pęnitentiam

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod550_foll94-113/0011